



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 81. Variæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.
A. C. 1645.

§. LXXXI.

*Variae Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Inter plures Sacrarum Congregationum Romanarum decisiones celebrior est ^{Decret.} illa, qua die septima Februarii jussu ^{S. Congr.} summi Pontificis Sacra Concilii Con- ^{Trid. Rit.} gregatio Constitutionem jam anno priori ^{& Episc.} pro Burdegalensi Diæcesi editam confirmabat, hujus tenoris: *Regulares privilegia Apostolica habentes non possunt prohiberi ab Ordinariis locorum, ne a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive valeant Sacramentum Pœnitentiæ administrare: eadem vero Congregatio die decima Aprilis declaravit, quod Episcopus Clericis, qui Bachanalium tempore incedunt perionati, pœnam excommunicationis imponere possit. Decisum pariter die vigesima sexta Maij a S. Episcoporum & Regularium Congregatione habetur, quod Confraternitates existentes intra claustra Regularium, non possint celebrare supplicationes extra ipsa sine licentia Ordinarii. Declaratum quoque die vigesima sexta Augusti, quod dignitate aliqua impedita Canonici pro ea celebrent, & alii ministrent, sicut ministrarent Dignitati: si tamen Vicarius*

Sæc. XVII. rius Episcopi incedit in habitu Vica-
A. C. 1645. riali, præcedat cunctas Dignitates &
 Canonicos, quamvis Protonotarios: si
 vero assistat ut Canonicus, sedere de-
 beat in loco suæ receptionis. Sacra
 quoque Congregatio Episcoporum in-
 novavit die vigesima secunda Septem-
 bris Constitutionem, qua sancitum, ut
 Confessionalia sint in loco publico, &
 foramina habeant tam angusta, ut ne-
 quidem digitus auricularis transire va-
 leat. Declaratum insuper die sexta
 Octobris, quod infirmi confiteri possint
 cuilibet confessario approbato, qui ta-
 men ibi relinquat schedam pro notitia
 Parochi. Regulares vero, qui sunt in
 possessione præcedentiæ, præcedant in
 publicis supplicationibus, ubi autem
 non constat de possessione, præcedant
 antiquiores in loco controversiæ.

§. LXXXII.

Quorumdam Scriptorum Catholicorum obitus.

Anton. Bibl. **E**x Scriptoribus Catholicis, qui hoc
Hispan. anno calamum cum vita posuere,
Jacobil. paucos recensere lubet, & primo qui-
Bibl. Umbr. dem Joannes Vincentius Imperialis
Alegambe Sancti Angeli Dux die octava Februarii
Bibl. Script. in exilio, quo a Genuensi Magistratu
S. J. Echard abductus erat, decessit. Edidit præter
Script. Ord. latina
FF. Præd.